



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

13 de Eleme[n]toru[m] per magos turbatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

ἡ γυνή τὸ πῦρον ἐμὸν πρὸς τὸ δῶμα ἔειλε.

γυνή τράβε τὸ ἴλλυμ μεῦμ ἄνδρα πρὸς τὸ δῶμα ἡμῶν.

Quod imitatus est Virgilius, *ecclē. 8.* dum in singulis magicis veneficis repetit,

Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnim.

Lucianus, *in eo dialo. inter meretricum dialogos.* in Dialogo Melissæ & Bacchidis, quandam etiam ponit incantationem amatoriam.

4 ¶ Abutuntur ad philtrea Veneris magi rebus extra corpus, vel intra propinatis: extra, cera liquefiente, lauro combusto, furtum sacrificacione, foliis, radicibus, reptilibus, motacilla, characterebus, quæ variissime vel assunt pannis, vel subiciunt capitibus, vel liminibus domorum, accedentibus nefariis sacrificiis, & turpibus verbis, precibusque impiis. Et quod detestandum, & cruce flammisque dignum, his impiis sortilegiis amoris adtugunt res sacramentis destinatas & consecratas, sacrosanctam eucharistiam. *gl. in c. accusatus, §. sane, de heret. in fine.* vel non consecratam hostiam circumscriptam notis & literis sanguineis. Et has impietates in sacrosanctam eucharistiam detestatas & in iudicium delatas sæpe sibi testatur Paulus Grillandus, *tract. de sortilegiis q. 3. nu. 19.* & alii quoque de hac impietate meminerunt, & quomodo supra hostiam non consecratam liturgias dici procurent, & abutuntur illis, & pro philtro in potu vel cibo propinent. Narrat & Grillandus ad eandem vanitatem abuti sacramento chrisimatis, secundam partem baptizata, & similibus: atque ab abutantibus pœnas merito exactas, *idem Grill. eo. tract. §. que. num. 21. & 22.* Rursumque & miseri amatoris candelas benedictas, benedictos ramos oliuarum, agni sancti vel benedicti imagines, aquam fontis baptismatis, *idem, eo. tract. q. 5. nu. 3.* Quæ maxime scelerata certe sunt, & impiissima: verumtamen non per se sufficientia ad expugnandam mulieris pudicitiam.

5 ¶ Ceterum, inimici hominis & eius salutis demones, gaudent talibus oblationibus adorari, sacris in illorum obsequia conuersis: quo fit, vt maiori impetu aggrediantur obsequium pudicarum mentium, mulierum potissimum, quæ, *c. 1. de clau. de spons. c. forus, de ver. sig. fragilliores* sunt, & mollium hominum, & propensorum in Venerem.

6 ¶ Sunt his adfina pocula amatoris, quæ incendunt sua vili-bidinem, *l. si quis aliquid, §. qui abortionis, de pen. l. 3. §. hac adiectio, de scar. in P.* Creditur Caligula a Calponia vxore medicamento potionatus: sed quod enim in furorem verterit, *Suet. in Calig. c. 50.*

7 ¶ Æsopus alius a fabulatore, scribit *πῦρα* Pana vocari piscem cetacci generis, *ἐν τῷ πρῶτῳ βιβλίῳ τῶν ἀποστόλων ἐν κλαύδῳ, ὅς ἐστι τῶν ἰσθίων ἀνδρῶν, ποιεῖ δὲ πῦρ κίτῳ, id est, in eo lapidem Asterium inueniri, qui solis radiis inflammetur, eumque ad philtrea facere, id est, illecebrum amoris esse, Hefichius Milesius illustris, *περὶ οὐρανῶν.**

8 ¶ Tradit Plinius, *lib. 18. c. 4.* Archelaum & Orpheum scripsisse, sagittas corpore eductas, si terram non attigerint, subiectas cubantibus, amatorium esse.

9 ¶ Qui istis philtreis amatoris vtuntur, pœnam habent extraordinariam, vel metalli, si humiles: vel deportationis in insulam adempta quarta parte bonorum, si honestiores: secundumque effectum qui ex poculo sequitur, & quia pudicitiam attentant, *l. 1. de extr. ord. crim. &* quia res mali exempli est, *l. si quis aliquid, §. qui abortionis, de pen. in P. l. 3. §. hac adiectio, de sca. P. l. multi, C. de malef. &* plena luxuria, vel stupri, vel adulterii, quæ suas pœnas habent, vt propriis explicauimus locis. Accedunt & impietates sacrilegæ sæpe, abusus sacramentorum, quæ ad idololatriam pertinent, vel ad hæresin: vt dum hostia consecrata eius causa polluitur, vel non consecrata sanguineis literis inscribitur, *gl. in c. accusatus, §. sane, de heretic. similesque blasphemiz conuocantur, quæ heretici vel apostatæ pœnas, quæ capitis sunt, merentur, ti. de pagan. C. §. tit. de here. in C. §. iure pontifi. &* nos propriis locis tradidimus. ¶ Et generaliter qui impudicos animos nititur facere, & aliis modis, iniuriarum tenetur, *l. sed est questio, §. si quis, &* *l. si stuprum, de iniur. imo qui virgines appellat, id est, blanda oratione pudicitiam illarum attentat, iniuriarum actione tenetur, l. item apud Labeonem, §. si quis virgines, eo. §. l. attentari, 10. eod. §. 1. eo. tit. ap. Iustin.* Fiunt enim homines deteriores, & corrumpuntur, si amatores fiat, & luxuriosi, *l. 1. §. si iun. l. 2. de ser. corr. P.* Et ne quis arbitretur vel hoc in amore iusto permittendum esse, audiat & in eo quoque vitium, cum maiores nostri solis animis amorem honestum existimauerint constare, *l. 3. de dona. inter vir. &* *exor. P.* Et summopere in omnibus castitas procuranda est, & defendenda, *§. sin. quib. mod. nat. effi. legit. in Auth. §. sancimus, de lenonib. &*

propugnacula illi facienda: maxime quia fragilis est, *ca. nec solo, 32. q. 6.* ¶ Si ergo verum sit, magicis susurris animos desecti ad libidinem, capitale id erit duplici ratione: & quod magis vti, capitale sit: & quod corrumpere mores, & suggerere ea, quæ possunt pudicitiam expugnare, pœna dignum sit. ¶ Scribit Dio Cassius, *lib. 58.* morti addictos quosdam viros, quod nudi obuiam fuissent Liuæ matri Tiberii Cæsaris, quos tamē illa morti, venia eripuit, quod diceret, pudicis mulieribus hos nihil ab statutis differre.

¶ Apud Vtropienses insulanos sollicitasse ad stuprum, idē quod stuprum commississe est, *Tho. Morus, lib. 2. Vtopia.* Et narrat sacra pagina, *Genes. 12.* Pharaonem multis cladibus, ob attentatam solū Saræ vxoris Abrahæ pudicitiam, affectum esse. Sicut & Abimelechum regem Gerarorum eandem ob causam, *Genes. 20.* M. Claudius Marcellus ædilis curulis, Caio Scantinio Capitolino trib. pleb. diem dixit ad populum, quod filium de stupro appellasset, reusque vno teste qui tentatus erat, damnatus est, *Valer. Maxi. li. 6. c. 1.* Metellus Celer stupros quoque mentis punitor, diem dixit Cn. Sergio Silo, quod numos matris familias dedisset: eoq; damnatus, nec factum, sed auium in quæstionem deductus est. *eod.*

¶ Gymnicum agona apud Viennenses sublatum a Trebonio Rifino in suo duumviratu, illud confirmante Traiano imperatore, quod ex hoc modo, & impudico certamine mores Viennensium inficerentur, *Plin. nepos, li. 4. epist.* Et tollendæ sunt res, quæ anam delinquendi dant, *l. conuenire, de pact. dot. l. l. alia, §. eleganter, sol. matr. §. ana. in Auth.* Impudicus quippe, veluti quædam contagione serpente, proximos sibi inficit, & modicum fermentum totam massam corrumpit, *prior. ad Corint. 5.* vt vna morbida ouis totum pecus, *can. sed illud, 4. §. dist. c. fertur, 1. q. 1.* Quapropter & impudici & quæ impudicos faciunt, tolli debent, *ca. resecanda, 24. q. 3.* & ii potissimum qui studium huic rei adhibent. Vt & P. Sempronius Sophus cōiugem repudiū nota affectit, nec ob aliud, quam se ignorante, ludos autam spectare, *Val. Maxim. li. 6. cap. 3.* Puniti proinde quodammodo sunt iure, non tantum impudici, sed qui impudicis fauent. ¶ Vt placuit eum qui emit, & pecunias tradidit ei, quem sciebat scorto daturum, vel in luxuriam profusurum, tanquam malæ fidei possessorem, nō posse præteribere, *l. si quis cum scortis, pro emto. in P.* ¶ Et in antiqua repub. Athenientium prohibitum etiam philosophis tractare in publico quod audientium animos in deteriore sententiam trahere possent: quem admodum in aliis rebus annotauimus. Vt dum post Mileti infelicissimam expugnationē, cum Phrynicus poeta hinc sumto argumento Comædiam exhibuisset Atheniensibus, & fleuisset mirum in modum facti recodatione populus, dies dicta est iudicibus Phrynico: & cum antiquam licentiam proponeret, nihilque se dolo malo fecisse diceret, nihilominus mille drachmis litæ æstimatur, sancitumve, ne posthac vnquam ea populo daretur spectanda Comædia, vt auctor Herodotus, *lib. 6.* Plutarchus, *in Polit.* Ammianus Marcellinus, *lib. 18.*

¶ Sic Hegesias philosopho Cyrenaico Ptolomæus rex *Egy. 18* ptiorum prohibuit, ne posthac publice de miseria huius vitæ diceret: quia tanta valebat eloquentia, vt cum sapius mala huius miseriz vitæ docendo vel declarando representaret, miseranda imagine inserta peccatoribus, multis voluntariæ mortis oppetendæ libidinem ingeneraret, *Valer. Max. lib. 8. cap. 9.*

¶ Deinceps ii, qui amatoris incantationibus vel poculis de-mentare homines satagunt, in lenocinij crimen incidunt, vt merito pœnis iisdem quibus lenones, subiciendi sint. De quibus tractamus post crimen adulterii & stupri, vbi reliqua inuenies.

De Elementorum per magos turbatione. Cap. 13.

- 1 Elementa magicis artibus turbari posse.
- 2 Aqua de celo incantationibus elicit.
- 3 Ventus sopiebant aliqui ex certa familia.
- 4 Apnum quid, & de Empedocle mago.
- 5 Remedia magica aduersus tempestates probat. Constantinus Cæsar.
- 6 Grandinum depulsors apud gentiles.
- 7 Carmina seu excautiones & aërem, & sidera officere creditum.

